Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quia uia utrq; ambulabant ut uenirent ad fretum. & de
illo qui petit p̄mu sepelire patrē suū. matheus & lucas omino
consentiunt. Quod enī mathe primo eiusdē uerba posuit
hoc ppter patrē suū petentis. & deinde dni dicentis. sequere
me. lucas autē primo dni dicentis sequere me. & deinde illi
hoc petentis. ad sententiam nichil interest. Comemorauit
lucas & aliud dixisse. sequar te dnē. si p̄mu p̄mitte mihi
renuntiare his qui domi sunt. de quo tacet mathe. Inde iam
lucas in aliud preterit non in illud quod ordine temporis
sequebatur. Post hec autē mqt designauit dnus & alios
septuaginta duos. Post hec quidē manifeste. si quanto tem
poris interuallo p hec fecerit illud omnis ñ apparet. in ipso tam
interuallo fit. quod deinceps matheus subiungit. Hā idem
matheus ordinem tempor adhuc tenet. ita narrans. Et
ascendente eo in naueculam. secuti sunt eum discipuli ei.
Et ecce mot magn facta est in mari. usq; ad illud ubi ait. &
uenit in ciuitatē suam. Ista duo facta continuatim que
narrat matheus de tranquillato mari. postea quā uentis
impauit ihe a somno excitat. & de illis qui habebant se
uum demonium. ruptisq; uinculis agebantur in deserto
similiter narrant marcus & lucas. Verbis alis dicte sunt
ab alio atq; alio quedam sententie. non tam alie. ueluti
illud quod eiusdē dixisse matheus quid timidi estis
modice fidei. marcus ita dicit. quid timidi estis. nondum
habetis fidem. id est illam pfectam ueluti granū sinapis.
hoc q̄ & ille ait modice fidei. lucas autē ubi est fides uā.
& totum quidē dici potuit. quid timidi estis ubi fides
uā. modice fidei. unde aliud hic aliud ille comemorat.
& illud quod excitantes eum dixerē. matheus sic dnē salua